

nimiæ incidisset, ac exanimari ab eadem putaretur, **A** nit : cujus post diem tertiam, beneficio lucis quam perdiderat restauratus est.

CAPUT XLVI [Al., XLV].

De duobus aliis contractis.

Eo ^c tempore, et alius contractus adveniens, virtute Sancti directus, propriis gressibus ad urbem suam regressus est. Advenerat quidam ex Britannia, nomine Paternianus, qui cæcus, mutus, ac surdus, et manibus contractus per quoddam contagium fuerat, et confectis omnibus membris a morbo, soli tantum pedes præbebant homini sustentaculum. Patroni præpotentis hic expetiit basilicam, orationem fudit, apertis oculis lucem perditam aspexit, manus ad usum pristinum recepit, et se salvatum beati Antistiti virtute demirans, sospitatis **1140** suæ gratiam populis declaravit. Ob hujus miraculi gratiam a multis munera capit, de quibus jam nonnullos a jugo captivitatis exemat.

CAPUT XLVII [Al., XLVI].

De incendio ope ejus extincto.

Principius ^a quidam vir bonus, Petrocoricæ ^b urbis civis, amentiam nescio quam incurrisse putabatur, et tam graviter agebatur interdum, ut de sensu videretur excidere. Quod cum multis mensibus perferret, beati Antistitis basilicam expetivit; ibique, ut arbitrator, quatuor residens menses, abstinens se a cibo carnium ac vino, adjutus Confessoris beati præsidio, incolumis domui suæ restitutus est.

CAPUT XLV [Al., XLIV].

De Leodulfo cæco sanato.

Et quia rusticitas hominum, dum parum prædicationem sacerdotalem sequitur, ipsa se præparat ad Dei offensam, quod nuper gestum fuit edicam. Leodulfus quidam, Biturigæ urbis homo, cum fenum secuisset, metuens ne adventu pluvie venientis infunderetur et labore suum perderet, die Dominico mane junctis bobus ad pratam direxit, ac super plaustrum fenum agglomerare cœpit: statimque pes ejus unus quasi ardens ei visus est, regressusque ad hospitium suum, quievit ab opere. Post missarum vero **1139** solemnium celebrata, iterum junctis bobus opus cœptum pergit explere: completumque cum esset plaustrum feno, statim oculi ejus quasi a quibusdam aculeis puncti, dolorem maximum intulerunt. Quibus conclusis nunquam deinceps eos aperire potuit. Sicque per annum integrum in cæcitate permanentes, ad festivitatem sancti Antistitis devotus adve-

Præsentī quoque tempore, apud Burdegalensem urbem domus una ignibus comprehensa vehementer cœpit exuri. Cumque flammis hinc et inde spatiantibus aliæ domus huic discrimini subjacerent, nec esset dubium easdem hujus fomitis calore depasci, congregatus in circuitu populus nomen beati Martini cœpit attentius invocare, et ne vicinas domos virtus ejus exuri permitteret, cum lacrymis deprecari: sicque ad elevatam vocem deflentium cœpit crepitus flammæ decidere. Atque illis clamantibus ad cœlum, advenit subito, Antistite impartiente, præsidium; collisumque supplici oratione incendium, restinxit plebs per lacrymas quod nequiverat superare per undas. Eo tempore puer noster Laudovaldus ^d cum graviter a dysenteria fatigaretur, ut de pulvere sepulcri accepit, protinus morbo caruit.

currunt in indice libris præfixo, et tamen habentur integra in Codice suo loco

^d Colb., Clar., Ron. et Bell., *Launovaldus*.

^a Editi cum Gat., *Præcipuus*.

^b Petrocorii, vulgo *Périgueux*, urbe Gallie Aquitanicæ, ad Illam (*Lille*) fluvium.

^c Capitula duo sequentia in veteribus Mss. non oc-

Explicit liber quartus de virtutibus et miraculis sancti Martini confessoris.

In Codice ms. sancti Victoris Parisiensis, qui Gregorii libros de Miraculis sancti Martini complectitur et aliquot capitula libri de Gloria confessorum, habentur prosa vis illic appellatur et oratio in sancti Martini honorem, quæ opuscula constitutionem et collectionem potius esse crediderim, ex vetustis Missalibus excerpta. Ea vero hæc referre visum est, quod nonnullis fortasse videbuntur talia quæ possint inter Gregorii nostri opera locum habere.

PROSA DE SANCTO MARTINO.

Sacerdotem Christi Martinum cuncta per orbem **D** canet Ecclesia pacis catholica, atque illius nomen omnis hæreticus fugiat pavidus. Pannonia lætetur genitrix talis filii, Italia exsultet alitrix tanti juvenis, et Gallie trina divisio sacro certet litigio cujus esse

debeat præsul; sed pariter habere se patrem omnes gaudeant, Turonici soli ejus corpus foveant. Hinc Franco-
orum atque Germanicæ plebs omnis plaudat, quibus videndam inspexit Dominum in sua veste. Hic celebris est Ægypti partibus, Græciæ **1141** quoque cunctis

^e Hic aliquid deesse videtur. Edir.

sapientibus, qui impares se Martini meritis sentiunt, A
atque ejus medicamini. Nam febres sedat, dæmones-
que fugat, paralytica membra glutinat, et mortuo-
rum sua prece trium reddit corpora vitæ pristinæ.
Hic ritus sacrilegos destruit, et ad Christi gloriam
dat ignibus idola. Hic nudis mysteria brachiis confi-
ciens, præditus est cœlesti lumine, hic oculis ac ma-
nibus in cœlum est totis viribus suspensus, terrena
cuncta respuit. Ejus ori nunquam Christus abfuit,
sive justitia, vel quidquid ad veram vitam pertinet.
Igitur te cuncti poscimus, o Martine, ut qui multa
mira hic ostendisti, etiam de cœlo gratiam Christi
nobis supplicatu tuo semper infundas, etc.

Omnipotens sempiternæ Deus, fons et origo totius
boni, qui in beato Martino antistite glorificaris, laus
virtutis ejus, et robur fortitudinis illius, gloria san-
ctitatis ejus, et decor formæ ipsius, amor cordis ejus
suspensioque animæ ipsius, lumen mentis **1142**

ejus et dux itineris illius; qui in eo imaginis tuæ si-
militudinem mirabili expressione reformasti, et per
eum puritatis tuæ formam quodammodo palpabilem
nobis exhibuisti; quem, cum diligeret, te inspirante,
justitiam, odiretque iniquitatem, unxisti oleo exsul-
tationis non præ participibus tuis, sed inter maximos
Unigeniti tui participes; exaudi, ipso intercedente,
deprecationes nostras gravi peccatorum pondere
pressas, et præsta ut preces ejus apud misericordiam
tuam scelerum meorum maculas deleant, exempla
me ad altiora piæ operationis provocent, miracula a
malis terreant, charismatumque ejus flagrantia ad
currendum post te in odore unguentorum tuorum
me pertrahat, imber doctrinæ ejus mei cordis duri-
tiam infundat, omnisque gratia, quam abs te boni
auctore accepit, ad meæ proficiat devotionis atque
salutis augmentum. Per eundem.

SANCTI GEORGII FLORENTII GREGORII

EPISCOPI TURONENSIS

VITÆ PATRUM,

SEU

LIBER DE VITA QUORUMDAM FELICIOSORUM.

Prologus.

1143 Statueram quidem illa tantum scribere, quæ ad sepulcra beatissimorum martyrum confesso-
rumque divinitus gesta sunt: sed quoniam quædam de iis nuper reperi quos beatæ conversationis meritum
evertit ad cœlum, quorumque vitæ tramitem certis relationibus cognitum Ecclesiam ædificare putavi, dicere
aliqua ex illis opportunitate cogente non differo, quia sanctorum Vita non modo eorum pandit propositum,
verum etiam auditorum animos incitat ad profectum: et quæritur a quibusdam utrum Vitam sanctorum, an
Vitas^a dicere debeamus. Agellius^b autem et **1144** complures alii philosophorum Vitas dicere voluerunt.
Nam Plinius^c auctor in tertio Artis grammaticæ libro, ait: Vitas antiqui cujuscunque nostrum dixerunt; sed
grammatici pluralem non putant habere vitam. Unde manifestum est melius dici Vitam Patrum quam Vitas:
quia cum sit diversitas meritorum virtutumque, una tamen omnes vita corporis alit in mundo. Et scripsi
fateor in inferiore^d Confessorum libro aliqua de quorundam vita, quæ in corpore operati sunt breviora:
idcirco quia cum de Dei virtute ingentia censeantur, parva tamen redduntur in scriptis: prolixiora quoque
in hoc, quod Vita^e Sanctorum vocitare voluimus, libro imperiti idiotæque **1145** præsumimus propalare,

^a Al., *religiosorum*.

^b Laud. et Ed. *Vita.... Vitæ*.

^c Sic Mss. At Editi habent *Aulus Gellius*, quæ
varietas etiam apud alios auctores occurrit. Vide
August. lib. ix de Civ. Dei cap. 4, edit. novæ. Is est
Atticorum Noctium auctor, qui sæculo ii floruit circa
tempora M. Aurelii imp.

^d Is est Plinius senior, qui Neronis tempore vixit,
et scripsit Historiam naturalem, in cujus prologo lau-
dat Artis grammaticæ libros. Avunculus fuit Plinii
junioris.

^e Editi, *superiore*. Et quidem supra laudat librum

^c de Gloria confessorum; sed, ut jam monuimus, libros
de Gloria confess. scripsit post plerasque Vitas Pa-
trum, licet Vitas Patrum post librum de Glor. conf.
recognoverit. Unde hic utraque lectio bona est. Li-
brum de Vitis Patrum post libros septem Miraculo-
rum recenset ipse Gregorius in fine Historiæ: illum
autem alias præmittit libro de Gloria confessorum,
ut ex ejus prologo patet.

^e Bad., *quem Vita*. Alii Ed., *quem de Vita*. Dicitur
in prologo libri de Gloria conf.: *De quorundam fe-
liciosorum*, seu, ut alii Codd. habent, *religiosorum
Vita*.